PLATO. ARISTOTELES

Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 89r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Pro hys itaque amicte pueri veluti pennis quibusdam videntur
ornandi ut si quid opus fuerit quam ocissime se volatu in fugam
vertant Gla Quomodo inquis So A pueritia mox in
equis ascendere et docte equitare assuescant in equis quoque
ad belli spectacula erunt deducendi non ferocibus illis aut
belligeris sed velocibus et ad habenas maxime aptis Sic
enim ipsorum opus optime intuentes si quid casus attulerit
tutissime quibunt saluari seniore duce fuga consecuti
Gla Rectissime inquit ais So Quid autem de hys que
ad bellum pertinent quemadmodum ad se ipsos ac hostes habeant
mei milites nonne recte aut secus michi censes videri Gla
Qualia mea So Illum mox qui aciem liquerit aut
arma proiecerit vel quid huiusmodi ex ignavia pecc-
cavit artificem constituere opus esse vel agricolam Gla
Probe So Illum vero qui vivus in hostium venit manus
nonne gratis dare volentibus illis permittemus utcumque
diu libuerit preda uti queant Gla Valde equidem So
At vero hys qui strenue ac probe se gesserit Nunc pro
timus quidem in exercitu a commilitonibus videtur coronandus
Gla Equidem So Nonne dextris complectendus Gla Et id
inquit So Et hoc etiam an censes Gla Quale id So Tale
scilicet a cunctis osculari vicissimque illis oscula prebere Gla
Hoc inquit maxime So Et id quoque neminem quem ille
osculari voluerit abnuere Gla Optime inquit So Dixi-
enim hys qui in bello preclari fuerint plura reliquis licere co-
nubia huiusmodique electiones multo plures dari oportere
ut quam plurimi optimi ex hys pueri gignantur Gla Diximus eque
So Nempe secundum homerum hos optimos equum
est honorare adolescentes Aiacem enim homerus quod
in bello egregie se gessisset spatulis integris honoratum
refert veluti adolescenti ac strenuo peculiare decus ex
quo virtus honorata potissimum excresceret Gla Rectissime

seniore

Disciplina

Premia strenui viri

Homerus de aiace